valet cassia lignea et zedoaria cortex eius. Item Avicenna facit
meliorari in 2o canonis de serpente, si non exprimit vere loquitur de tyro
vel colubro et loquitur de eius proprietate dicit quod cum sit fortis et
in usu habetur facit penetrare omnes proprietates ad omnem corporis (vel superfluitates)
cibus non est mundificatus. Item dicit quod prolongat vitam et con-
fortat virtutem et acuit sensum et iuventutem et expressio eius est
fortis et talis factus non est venenosus. Item confert lepre magis frequenter.
Item prohibet augmentum scropholarum et confert dolori nervorum et confor-
tat visum. Item in 3o de dispositione virtutis visibilis dicit quod usus carnis
eius acuit sanitatem oculi in visu. Sed locutus est quod non videtur
locutus de colubro. Et quod valet ydropicis, senectis, defectum visus
vel auditus habentibus et virtutes omnes corporis, confert leprosis et omnibus
infectis et antiquis egritudinibus et est senibus medicina probata. Et
Avicenna in 4o de lepra dicit quod homo debet cessare ab administratione
huius carnis cum pati incipit stomachus et ventris inflatio. Et Haly super
tegni dicit quod non debet exhiberi egritudinibus nisi que sunt ex malicia
humorum nec debet exhiberi acutis egritudinibus nisi administretur
cum accidentibus supradictis habentibus proprietatem circa illas egritudines quas in-
tendis curare et eius commixtio cum aliis permaneat donec perfecte fuerit
et aliter non valet. Et quantitas specierum calidarum et cetera
secundum gradum debet esse una pars carnis et vi partes specierum calidarum
et cetera secundum gradum et hoc est cum debet fieri in calida complexione
tempore vel egritudine. Sed in frigido tempore egritudine vel complexione
vel etate debet esse una pars carnis et 3 specierum calidarum plus
et minus secundum frigiditatem. Et dixerunt quidam quod hec sunt que commisceri
sibi debent: Reuponticum inventum citra ... cortex citri, zedoaria
et ... Et adde pondus omnium illarum rerum supradictarum illius rei
que valet illi egritudini quam intendis curare nisi tempus vel etas
vel egritudo contradicat. Et dixerunt quidam quod usus illa non debet (dedit)
uti nisi quando ascendit sol. Et fertur de genere reperitur quod fuit ex-
hibitum cuidam domine de Genuana tempore nostro. Accidit quod due sorores
sibi erant quarum una erat pulchra, alia formosa erat apud omnes
graciosa. Sed pulchra mota invidia obtulit alteri venenum quod
nascitur et fecit cadere capillos et ungues et corium et fuit pulchra
fortis. Et cum esset etatis 30 annorum facta est in apparencia iuvenis
et cum eius capilli essent nigri facti sunt flavi et facta est eius
complexio composita ex albedine et rubedine. Capitulum xciij De unctione et ...

Nam omnes sapientes qui de regimine tractaverunt non cessant
dicere quod senes et senum inungendi sunt cum oleo mane cum
a sompno surgunt ut Haly Abbas dicit in regimine senum. Sed
qualiter hec unctio fieri debeat sapientes discordant. Nam Avicenna
in 2o canonis dicit de olivis quod omnes species olei corpora confortant
et motum alleviant et sic non potest esse quod unum oleum non sit melius
alio. Sed Haly Abbas dicit in regimine senum quod senes sunt inun-
gendi cum oleo sepulle et viole ungerentur cum oleo camomille et aneto